

SERMO.

XXX

fit. **L** Secūdo ponit bern. quatuor
 quōdā quibus marie carissime
 filij effici possumus. videlicet p dile
 ctionem xpi sup omnia. ibi. quē dili
 gebat iesus. Iesus em̄ diligit se dili
 gentem. s̄m illud puer. viij. Ego di
 ligentes me diligo. p dilectōem Pri
 mi. ibi. discipulū. vñ Job. iij. In hō
 cognoscent om̄es qz mei estis discipu
 li h̄ zc. p carnalis rōnabilem castigaci
 onem. qz stabat circa crucem iesu. Et
 p spēale aliquod obsequiū quo quis
 famulat marie. Vnde bern. post p̄fa
 tas pbacōes sic gcludit Vultis ergo
 cognoscere fr̄es v̄x marie virginis
 filium. Ille est qui p̄ter hoc qz seipm
 virginis obsequio mācipauit. deinde
 ex toto cord̄ diligit. voluptatem car
 nis abdicauit. Ad quemlibet. primū
 misericordie opa. put p̄t̄ extendit.
 certe de isto dicit xpc ad mariā. Multi
 er ecce filius tuus. **M** Tercio
 ostendit bern. fructum hui⁹ mater
 nitatis quintuplicē. qz p hanc nobi
 lissimū frat̄r̄ habemus xp̄m miserī
 cordissimū patrē habemus deū. here
 ditatem habem⁹ regnū celozum. the
 saurū habemus omnē gr̄am marie. et
 suū misericordie apud matrē aptum
 vnde dicit bern. ibidem. Ecce mater
 tua. O verbum om̄i acceptōe dignū.
 Si maria est mater tua ergo iesus ē
 frater tu⁹. ergo pater eius pater tu⁹
 ergo regnum eius hereditas tua est
 Ecce mater tua. ergo gratia marie ē
 thesaurus tu⁹. matres thesaurifant
 filijs. Ecce mater tua cui om̄is neces
 sitas vsqz ad cor eius ascendit. Cōmo
 ta quippe sunt om̄ia viscera ei⁹ sup
 filio suo. ergo accipe eam in tua h̄c
 bernhardus zc

In festo beati Mathei.

Vm transiret iesus vidit
 hominē sedentem in tel
 neo matheū nomie. et ait
 illi sequere me. et surgēs
 secutus est eū. Math. ix. Si aliquis ī
 firmus sanari desiderat optet vt in
 firmitatē suaz medico apiat et vt me
 dicus circa ipm diligentē curam adhi
 beat. et vt ip̄e sanat⁹ sanitatem suaz
 p euidencia signa ostendat. Ista tria
 notant⁹ in verbis p̄positis et Lu. v.
 vt dicit beatus Ambro. sup lu. primo
 videlicet sp̄s infirmitatis ex pte egro
 ti hominē sedentē ī theloneo mathe
 um noie Sec̄do ponit⁹ modus curacio
 nis ex pte medici. ibi. cum trāsiret vi
 dit et ait sequere me. Tercio ponit⁹
 ostensio curaciōis ex pte sanati cū d̄z
 Et sur. se. est eum. **B** Primo igi
 tur ponit⁹ infirmitas ex pte egroti
 duplicis et math. videlicet. p̄bariseo
 rum postmodū ac scribarū. vbi notan
 dum qz math. egrotus quadruplici ī
 firmitate laborabat. Prima fuit quia
 factus fuit terzenus p cupiditatē et
 auariciam. qd̄ notat⁹ ibi. vidit hoiez
 nō viuum. Homo enim d̄z ab humo.
 Math. igit⁹ diligendo terrena fact⁹
 est terzenus. vñ Aug⁹. talis est vnus
 quisqz qualis est dilectio sua. si terrā
 diligit terra es. deū diligit deus es.
 Dicit⁹ aut̄ auarus siue diues terra.
 qz terra est in superficie venustata flo
 ribus et plantis. In medio est ditata
 mineralibus et thesauris. In infimo
 repleta est dolorib⁹ et tormentis qz
 in inferiorib⁹ p̄tib⁹ terre credunt⁹
 supplicia infernalīa esse Auarus siue
 diues est terra qz in superficie sepe oz
 natur floribus et plantis videlicet ni
 tentibus vestib⁹ et filijs sicut epulo
 Luce. xij. Homo quidam erat diues